



CORPUS THOMISTICUM  
<http://www.corpusthomisticum.org/qdw3.html>

Sancti Thomae de Aquino  
Quaestiones disputatae de virtutibus quaestio 3, art. 1.

[Textum Taurini 1953 editum  
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas  
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 3  
Proemium

Articulus 1

Et primo quaeritur utrum fraterna correctio sit in praecepto

Et videtur quod non.

**Arg. 1** Praecepta enim divina non sunt sibi contraria. Sed invenitur praeceptum divinum de non arguendo peccatorem; dicitur enim Proverb. IX, 8: *noli arguere derisorem, ne oderit te*. Ergo correctio fraterna non cadit sub praecepto.

**Arg. 2** Sed dicendum, quod ibi prohibetur redargui derisor qui correctionem contemnit, et sic ex ea deterior efficitur.- Sed contra, peccatum est infirmitas animae, secundum illud Psal. VI, 3: *miserere mei, domine, quoniam infirmus sum*. Sed ille cui imponitur cura infirmi, etiam propter eius contradictionem vel contemptum non debet praetermittere: quia tunc est maius periculum quando medicinam contemnit; unde medicus furiosum satagit curare. Ergo multo magis, si homo tenetur curare fratrem delinquentem corripiendo, quantumcumque contemneret, non esset correctio praetermittenda.

**Arg. 3** Praeterea, praeceptum divinum non est praetermittendum propter alterius contemptum: veritas enim vitae non est dimittenda propter scandalum, ut per Hieronymum patet. Si igitur correctio fraterna caderet sub praecepto, non esset praetermittenda propter contemptum alterius.

**Arg. 4** Praeterea, non sunt facienda mala ut veniant bona, ut patet per apostolum, Rom. c. III. Ergo, pari ratione, non sunt praetermittenda bona ne veniant mala. Si ergo correctio fraterna esset bonum sub praecepto cadens,

non esset praetermittenda propter malum scandali, vel contemptum eius qui corrigitur.

**Arg. 5** Praeterea, in nostris operibus, quantum possumus debemus Deum imitari; secundum illud Ephes., V, 1: *estote imitatores Dei, sicut filii carissimi*. Sed Deus non praetermittit bonum, scilicet infusionem animae rationalis, quamvis sequatur inde infectio damnabilis originalis peccati. Ergo similiter homo non debet praetermittere bonum correctionis, quamvis sequatur inde contemptus vel deterioratio eius, si caderet sub praecepto.

**Arg. 6** Praeterea, dominus dicit Ezech. III, v. 19: *si annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua, ipse quidem in iniquitate morietur; tu autem animam tuam liberasti*. Ergo non est praetermittenda correctio, etiam si ille qui corripiendus est, per correctionem non emendetur.

**Arg. 7** Praeterea, utilior est correctio delinquentis quam eius punitio. Sed iudex non dimittit punire delinquentem propter hoc quod ex poena non emendatur. Ergo, etiam si correctio fraterna caderet sub praecepto, non deberet aliquis praetermittere correctionem propter contemptum vel scandalum eius qui corrigitur. Non ergo videtur quod correctio fraterna cadat sub praecepto.

**Arg. 8** Praeterea, praeceptum divinum non obligat ad impossibile. Sed corrigere omnes delinquentes est impossibile: quia stultorum infinitus est numerus, ut dicitur Eccle. I, 15. Ergo correctio fraterna non cadit sub praecepto.

**Arg. 9** Sed dicendum, quod non tenetur homo corrigere nisi illos qui sibi occurrunt corrigendi. Sed contra, si correctio fraterna est in praecepto, sequitur quod ex tali praecepto homo constituatur debitor fratris, ut eum corripiat. Sed homo qui debet alicui aliquod debitum corporale, non debet expectare quod sibi occurrat, sed debet eum quaerere, ut ei reddat quod debet. Ergo multo magis, si correctio fraterna esset in praecepto, deberet homo quaerere eum quem corrigeret, et non expectare ut ei occurreret.

**Arg. 10** Praeterea, si correctio fraterna esset in praecepto, ergo omissio correctionis indebita esset peccatum mortale. Hoc autem est falsum, cum talis negligentia etiam in sanctis viris interdum inveniatur: dicit enim Augustinus in I de Civit. Dei, quod *non solum inferiores, verum etiam qui superiorem vitae gradum tenent, ab aliorum reprehensione se abinent propter quaedam potestatis vel cupiditatis*

*vincula, non propter officia caritatis: non itaque mihi videtur parva esse haec causa, quare cum malis flagellantur et boni. Non ergo correctio fraterna est in praecepto.*

**Arg. 11** Praeterea, aliquis praeceptum transgrediens mortaliter peccat, licet non immediate contra caritatem faciat; sicut Bernardus dicit, quod in Petro negante Christum non fuit caritas extincta. Si ergo correctio fraterna esset in praecepto, praetermittens correctionem mortaliter peccaret, etiam si non ex contemptu hoc faceret; quasi immediate contra praeceptum agens.

**Arg. 12** Praeterea, omnia praecepta legis divinae ad praecepta Decalogi reducuntur. Sed correctio fraterna non cadit sub aliquo praecepto Decalogi, ut patet discurrenti per singula. Ergo correctio fraterna non cadit sub praecepto.

**Arg. 13** Praeterea, ea quae cadunt sub praeceptis divinis, sunt efficacia ad finem consequendum. Sed admonitio fraterna non est alicui sufficiens ad emendationem eius; neque sermo admonitorius est efficax ad hoc, ut philosophus dicit in X Ethic., et Eccle. VII, 14, dicitur: *considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.* Ergo fraterna correctio non est in praecepto.

**Arg. 14** Praeterea, nemo debet se intromittere de illis quae non sunt sui arbitrii. Sed si peccaverit homo in Deum, non est nostri arbitrii, ut Hieronymus dicit super Matth. Ergo in talibus non debet homo se intromittere; et ita corripere fratrem non cadit generaliter sub praecepto.

**Arg. 15** Praeterea, nullus excusatur ab observantia praecepti propter peccatum. Sed homo peccator non debet alium corrigere; dicit enim Isidorus in Lib. de summo bono, Lib. III, quod non debet vitia aliorum corrigere qui est vitiis subiectus. Ergo admonitio fraterna non cadit sub praecepto.

**Arg. 16** Praeterea, nullus acquirit sibi damnationem ex observantia divini praecepti. Sed quidam acquirunt sibi damnationem, alios corripiendo; secundum illud Rom. II, 1: *in quo alios iudicas, teipsum condemnas.* Ergo correctio fraterna non est in praecepto.

**Arg. 17** Praeterea, nullus debet sibi usurpare quod non est sui officii, secundum illud II Corinth., X, 13: *nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum regulam mensurae qua mensus est nobis Deus.* Sed corripere delinquentes videtur esse superioris officium: quia etiam in corpore humano superiora

membra movent inferiora; et in universo superiora corpora, inferiora. Ergo alii, qui non sunt praelati, non tenentur ad correctionem fraternam.

**Arg. 18** Praeterea, illud quod debemus impendere proximis ex debito caritatis, omnibus est impendendum. Sed correctio non est omnibus impendenda: dicitur enim I ad Tim. V, v. 1: *seniorem ne increpaveris*, ubi dicit Glossa: *ne, indigne ferens se a minori corripi, exasperetur*, unde et Dionysius Demophilum monachum reprehendit, quod sacerdotem correxerit. Non ergo correctio fraterna cadit sub debito caritatis.

**Arg. 19** Praeterea, praecepta divina ordinantur ad caritatem et pacem, secundum illud I ad Timoth., I, 5: *finis praecepti caritas est*. Sed per correctionem fraternam frequenter perturbatur caritas et pax, secundum illud Terentii: *veritas odium parit*. Ergo correctio fraterna non est in praecepto.

**Sed contra 1.** Est quod Augustinus dicit in Lib. de Verb. domini: *si neglexeris corrigere, peior eo factus es qui peccavit*. Sed ille qui peccavit, facit contra praeceptum. Ergo ille qui negligit corrigere facit contra praeceptum; et ita correctio fraterna cadit sub praecepto.

**Sed contra 2.** Praeterea, Matth., XVIII, 15, super illud: *corripe illum inter te et ipsum* dicit Glossa: *ita peccat qui videns fratrem suum peccasse, tacet, sicut si peccanti non indulget*. Sed ille qui peccanti non indulget, facit contra praeceptum. Ergo ille qui non corrigit, facit contra praeceptum.

**Sed contra 3.** Praeterea, in impletione praecepti caritatis debemus Deo conformari, secundum illud Ephes. V, 1: *estote imitatores Dei, sicut filii carissimi*. Sed, sicut dicitur Prov. c. III, 12. *Quos diligit dominus, corripit*. Ergo, cum nos teneamur ex praecepto domini diligere, videtur quod ex praecepto debemus fratres corrigere.

**Sed contra 4.** Praeterea, Eccli. XVII, 12, dicitur, quod unicuique mandavit Deus de proximo suo, curam habere. Ergo sub praecepto cadit ut homo curam apponat ad salutem proximi, corrigendo ipsum.

**Conclusio.** Respondeo. Dicendum, quod correctio fraterna cadit sub praecepto.

Cuius ratio est, quia ex praecepto tenemur ad dilectionem proximi. Dilectio autem in se includit ut homo velit ei bonum quem diligit; hoc est enim amare aliquem, velle ei bonum, ut dicit philosophus in II Metaph. Et quia carere

malo habet rationem boni, ut dicitur in V Ethic., inde est, quod ad rationem pertinet dilectionis, ut etiam velimus mala dilectis nostris non inesse.

Voluntas autem efficax non est, nec vera, si opere non comprobetur; unde etiam ad rationem dilectionis pertinet, ut ad amicos bona operemur, et mala eorum impediamus, ut dicitur in IX Ethic. Et I Ioan. III, 18, dicitur: *non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate.*

Triplex autem est hominis bonum, et triplex malum ei oppositum.

Est enim quoddam bonum hominis in exterioribus rebus consistens, quod est minimum bonum; et in hoc bono tenetur homo subvenire proximo per eleemosynae corporalis largitionem. Dicitur enim I Ioan. III, 17: *qui substantiam huius mundi habuerit, et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas Dei manet in illo?* Et pari ratione tenetur homo proximo auxilium ferre contra damna temporalium rerum. Unde praecipitur Deuter. XXII, 1: *non videbis bovem et ovem fratris tui errantem, et praeteribis, sed reduces fratri tuo.*

Aliud bonum hominis est bonum corporis, in quo debet etiam homo homini auxiliari, et contra contrarium malum auxilium ferre. Dicitur enim Prov. XXIV, 11: *erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trabuntur ad interitum, liberare ne cesses.*

Tertium autem bonum est bonum virtutis, quod est bonum animae, cui contrariatur malum peccati.

Ad hoc autem bonum consequendum, vel malum vitandum, tanto magis tenetur homo ex caritate proximo auxilium ferre, quanto magis pertinet ad rationem quare aliquis ex caritate diligitur. Unde et philosophus dicit in IX Ethicor., quod tanto magis debet homo ferre auxilium amico ad vitandum peccata quam ad vitandum damnum pecuniae, quanto virtus affinior est amicitiae. Et ideo tenetur homo ex praecepto dilectionis ut proximo auxilium ferat ad virtutem consequendam dando ei consilium et auxilium ad bene agendum, secundum illud Is., XXXV, vv. 3-4: *confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate, dicite: pusillanimes confortamini, et nolite timere.* Et propter hoc ex praecepto dilectionis tenetur homo fratrem in peccato existentem a peccato retrahere corrigendo, secundum illud I Thess. V, v. 14: *corripite inquietos confortamini pusillanimes.* Et hinc est quod dominus, Matth. cap. XVIII, 15, mandavit: *si peccaverit in te frater tuus, corripe eum.*

Sic ergo correctio fraterna cadit sub praecepto.

Sed notandum est quod per praecepta affirmativa praecipuntur actus virtutum; per praecepta autem negativa prohibentur actus vitiorum. Illud autem quod est secundum se vitiosum et peccatum, qualitercumque fiat, est malum, quia contingit ex singularibus defectibus, ut Dionysius dicit in IV cap. de divinis Nomin. Et ideo, illud quod prohibetur praecepto negativo, a nullo,

nec aliquo modo faciendum est. Praecepto autem affirmativo praecipitur actus virtutis, ad cuius rectitudinem multae circumstantiae concurrunt, quia bonum consurgit ex una et tota causa, sicut Dionysius dicit, IV cap. de divinis Nomin. Unde illud quod cadit sub praecepto affirmativo, non est pro omni tempore et quolibet modo observandum, sed servatis debitis conditionibus et personarum, et locorum, et causarum, et temporum; sicut honor parentibus non est exhibendus quolibet tempore aut loco, aut quolibet modo, sed servatis debitis circumstantiis; ita etiam correctio fraterna sub praecepto cadit secundum debitas circumstantias, secundum quod est actus virtutis.

Has autem circumstantias determinare sermone, non est possibile, eo quod eorum iudicium in singularibus consistit; et pertinet ad prudentiam, vel experimento et tempore acquisitam, vel magis infusam; secundum illud I Ioan. XXI, 27: *unctio docebit vos de omnibus.*

**Ad primum** ergo dicendum, quod inter alias circumstantias quae requiruntur ad actum virtutis, ista videtur esse praecipua, ut actus sit proportionatus fini quem virtus intendit. Caritas autem intendit in corrigendo delinquentem, emendationem; unde actus non esset virtuosus, si homo sic corrigeretur, ut inde efficeretur deterior: et ideo sapiens dicit: *noli arguere derisorem.* Non enim est timendum, ut Glossa dicit, ne tibi derisor, cum arguitur, contumelias inferat; sed hoc potius providendum, ne tractus ad odium, inde fiat peior.

**Ad secundum** dicendum, quod duplex est correctio delinquentis: una quidem per simplicem admonitionem; et haec est fraterna quibus praesumitur quod propria voluntate admonitioni consentiant; alia vero est correctio habens vim coactivam per inflictionem poenarum, ut philosophus dicit in X Ethic.; et talis correctio pertinet ad praelatos, qui etiam contemnescentes a periculo peccati studere debent ut liberent, sicut medicus furiosum studet sanare, ligando et verberando eum.

**Ad tertium** dicendum, quod praeceptum divinum non est praetermittendum propter scandalum alterius; sed ipsa correctio fraterna non cadit sub praecepto divino nisi secundum quod est emendativa fratris; ad quod requiritur ut sit sine scandalo eius, ratione iam dicta in corp. art.

**Ad quartum** dicendum, quod sicut iam dictum est, mala sunt omnibus modis vitanda; et ideo nullo modo sunt mala facienda ad hoc quod aliqua bona proveniant. Sed bona non sunt omnibus modis facienda; et ideo interdum sunt aliqua bona intermittenda, ut aliqua magna mala vitentur. Et tamen

correctio proximi non est simpliciter bonum, nisi adhibitis debitis circumstantiis, ut dictum est, in corp. art.

**Ad quintum** dicendum, quod naturalia praesupponuntur moralibus; et ideo infusio animae, quae est quoddam bonum naturae, non debuit praetermitti a Deo ad vitandum defectionem culpae; sicut nec homo debet se privare sustentamento vitae, ut vitet peccatum. Sed aliquod bonum morale debet interdum omitti ad vitandum aliud gravius malum morale.

**Ad sextum** dicendum, quod sicut Augustinus dicit in Lib. de verbis domini: *longe graviolem habent poenam Ecclesiarum praepositi, qui in Ecclesiis constituti sunt, ut non parcant obiurgando peccata; quia ad eos pertinet non solum caritativa correctio, sed etiam continua.* Et ad tales dominus ibi loquitur per prophetam; unde parum ante praemittit: *fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel.*

**Ad septimum** dicendum, quod iudex in puniendo intendit principaliter bonum commune, quod provenit multitudini ex punitione illius, etiam si ille non emendetur, secundum illud Prov. XIX, 25: *pestilente flagellato, stultus sapientior erit.* Sed fraternae correctionis finis est emendatio eius qui corripitur; unde non est simile.

**Ad octavum** dicendum, quod sicut dictum est, in corp. art., correctio fraterna cadit sub praecepto, servatis debitis circumstantiis personarum, locorum et temporum; sicut etiam et corporalis eleemosyna. Beneficia autem, spiritualia seu corporalia, sunt proximis impendenda ordine quodam: ut scilicet primo impendantur his qui magis nobis coniuncti sunt, ac si in sortem nobis eveniret eis providere; ut Augustinus dicit in Enchir.: deinde providendum est aliis secundum quod opportunitas occurrit. Et sic patet quod praeceptum de correctione fraterna non obligat ad impossibile, sicut nec praeceptum de eleemosynis corporalibus dandis.

**Ad nonum** dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. de verbis domini, *admonet nos dominus noster, non negligere invicem peccata nostra; non quaerendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas.* Unde ex praecepto correctionis fraternae non tenemur inquirere peccata aliorum, ut possimus ea corrigere, alioquin efficeremur exploratores vitae aliorum, contra illud quod dicitur Proverb. XXIV, 15: *ne quaeras impietatem in domo iusti, et non vastes requiem eius.* Nec est similis ratio de debito corporali, quia hoc est quiddam determinatum, quod debetur certae personae, et certo tempore; quod non accidit circa correctionem fraternam, ut dictum est, in corp. art.

**Ad decimum** dicendum, quod aliquis potest omittere, correctionem fraternam tripliciter. Uno quidem modo absque omni peccato: quia, ut Augustinus dicit in I de Civit. Dei, *si propterea quisque obiurgandis et corripiendis male agentibus parcat, quia opportunum tempus inquirat, vel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam et patientiam erudientes impediunt alios infirmos, et premant atque avertant a fide; non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium caritatis*. Alio modo, sicut cum delectat lingua blandiens, et humanus dies, et formidatur vulgi iudicium et carnis excruciatio vel peremptio: quae quidem si sic teneantur in animo, ut praeponantur caritati fratris, est peccatum mortale. Tertio modo potest esse cum peccato veniali; puta, cum ista moverent animum, non quidem ut praeponantur proximi caritati, sed ut negligentes reddantur ad considerandas circumstantias et opportunitates in quibus corrigere tenentur.

**Ad undecimum** dicendum, quod quicumque mortaliter peccat, immediate contra caritatem peccat, quia facit illud quod est contrarium caritati. Tamen, proprie loquendo, non semper directe contra caritatem peccat; sed solum tunc quando intendit contra caritatem agere, ut contingit in his qui ex malitia peccant.

**Ad duodecimum** dicendum, quod ad praeceptum de honore parentum reducuntur praecepta de beneficiis impendendis quibuscumque proximis: ponitur autem expresse de honore parentum, quia hoc cadit statim in ratione cuiuslibet; non autem sic de aliis beneficiis.

**Ad decimumtertium** dicendum, quod sermo admonitorius non est sufficiens secundum philosophum, quantum ad eos qui sunt duri et servilis animi; et hi sunt qui ex admonitione fiunt deteriores; qui sunt compescendi per correctionem coactivam praelatorum, quae etiam correctio non sufficit sine divino auxilio.

**Ad decimumquartum** dicendum, quod peccata in Deum non sunt nostri arbitrii ad dimittendum; sunt autem nostri arbitrii ad arguendum.

**Ad decimumquintum** dicendum, quod homo propter peccatum suum non absolvitur a debito correctionis; sed redditur indignus ad alium corrigendum qui seipsum non corrigit. Nec tamen est perplexus; quia debet peccata dimittere, et sic corrigere, secundum illud Matth. VII, 5: *eiice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui*.



**Ad decimumsextum** dicendum, quod semper ille qui corripit alium in peccato existens, quodammodo condemnat seipsum, id est damnationem suam pronuntiat; non tamen semper sibi damnationem accumulatur, puta, cum est in minori peccato, et arguit de maiori, vel cum est in occulto, et arguit de publico, et se simul et illum arguit, non contemnendo, sed se simul reprehendendo: dicit enim Gregorius in V Moral., quod cum homo debeat diligere proximum sicut seipsum, ita tenetur aliena peccata corrigere, et contra ea irasci, sicut sua. Si vero cum superbia arguat, quasi sua peccata non recognoscens, tunc sibi damnationem acquirit; unde dicitur Matth., VII, 3: *quia vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides?* Sed etiam quando ex correctione sequitur scandalum propter manifestationem sui peccati, sic etiam correctio non erit actus virtuosus.

**Ad decimumseptimum** dicendum, quod correctio coactiva est officium superiorum, sed correctio caritativa est officium omnium.

**Ad decimumoctavum** dicendum, quod cum superiores sint proximi, eos corrigere debemus, sed humiliter et reverenter, non proterve, ne exasperentur; et ideo ibidem dicit apostolus: *seniorem obsecra ut patrem*. Et propter hoc reprehenditur Demophilus monachus, qui sacerdotem peccantem iniuriis verbis et factis correxit, eum verberans, et de Ecclesia eiiciens.

**Ad decimumnonum** dicendum, quod si correctio secundum debitas circumstantias fiat, non sequetur inde turbatio, sed potius pacis stabilimentum, remotis discordiarum causis.

AQUINATE  
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino  
Questões disputadas sobre as virtudes, questão 3, art.1.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 3  
Promêmio

Artigo 1

**E primeiro se pergunta se a correção fraterna é de preceito.**

E parece que não.

**Arg. 1.** Os preceitos divinos não são, pois, contrários a si mesmos. Ora, há o preceito divino de não argüir o pecador; pois é dito em *Prov IX, 8*: Não repreendas o zombador, porque te odiará. Logo, a correção fraterna não se subordina ao preceito.

**Arg. 2.** Mas o que se diz ali não é que se proíba de argüir o escarnecedor que despreza a correção, mas que com isso ele se torne pior a partir dela. Mas ao contrário, o pecado é a fraqueza da alma, segundo o *Salmo VI, 3*: Tende misericórdia de mim, Senhor, porque sou fraco. Mas aquele a quem se impõe a cura do fraco não se deve omitir, ainda que em virtude da sua contrariedade e do seu desprezo: porque, então, maior é o perigo, quando se despreza o remédio; donde o médico se esforçar para curar o insensato. Logo, muito mais, se um homem é obrigado a curar um irmão delinqüente, corrigindo-o, ainda que este o despreze, não se deveria omitir a correção.

**Arg. 3.** Além do mais, o preceito divino não deve ser omitido em virtude do desprezo do outro: de fato, a verdade da vida não deve ser abandonada por causa do escândalo, como expôs Jerônimo. Assim, se a correção fraterna estivesse subordinada ao preceito, não deveria ser omitida, em virtude do desprezo do outro.

**Arg. 4.** Além do mais, não se deve fazer coisas más, para que advenham as boas, como é exposto pelo Apóstolo, em *Rm III*. Logo, pela mesma razão, não se deve omitir o bem, para que não advenha o mal. Desse modo, se a

correção fraterna fosse um bem que se subordinasse ao preceito, não deveria ser omitida, em razão do mal do escândalo ou do desprezo daquele que é corrigido.

**Arg. 5.** Além do mais, em nossas ações, tanto quanto possamos, devemos imitar a Deus; como se diz em *Ef V, 1: Sede imitadores de Deus, como seus filhos amados*. Mas Deus não omite o bem, ou seja, a infusão da alma racional, mesmo que disso resulte a mancha vergonhosa do pecado original. Logo, de modo semelhante, o homem não deve omitir o bem da correção, ainda que resulte disso o seu desprezo ou a sua ruína, se se subordina ao preceito.

**Arg. 6.** Além do mais, diz o Senhor, em *Ez III, 19*: Por outro lado, se tu advertires o ímpio, mas ele não se arrepender do seu caminho mau, morrerá na sua iniquidade, mas tu terás salvo tua vida. Logo, não se deve omitir a correção, ainda que aquele que deva ser corrigido não se emende por meio da correção.

**Arg. 7.** Além do mais, a correção do delinqüente é mais útil do que a sua punição. Ora, o juiz não se omite de punir o delinqüente pelo fato de ele não se emendar com a pena. Assim, pois, se a correção fraterna estivesse atrelada ao preceito, não deveria alguém omitir-se à correção por causa do desprezo ou do escândalo daquele que é corrigido. Logo, não parece que a correção fraterna refira-se ao preceito.

**Arg. 8.** Além do mais, o preceito divino não obriga ao impossível. Ora, é impossível corrigir todos os delinqüentes: *porque infinito é o número dos tolos*, como está exposto em *Ecle 1, 15*. Logo, a correção fraterna não está subordinada ao preceito.

**Arg. 9.** O que se diz ali, não deve ser entendido que o homem é obrigado a corrigir apenas aqueles que se lhe apresentem para ser corrigidos. Mas, ao contrário, se a correção fraterna está no preceito, segue-se que, a partir de tal preceito, o homem se constitui devedor do seu irmão, para que o corrija. Ora, o homem que está obrigado a alguém por algum débito corporal, não deve esperar que esse alguém se aproxime de si, mas deve procurá-lo, para restituir-lhe aquilo que lhe deve. Logo, por maior razão, se a correção fraterna estivesse no preceito, o homem deveria procurar aquele a quem corrigir e não esperar que tal pessoa dele se aproximasse.

**Arg. 10.** Além do mais, se a correção fraterna existisse no preceito, a indevida omissão da correção seria, então, um pecado mortal. Ora, isso é falso, pois tal negligência se dá, algumas vezes, até em homens santos; pois diz Agostinho, no livro I da obra *A Cidade de Deus* (cap. IX), *que não apenas os inferiores, mas, em verdade, até os que são possuidores de um grau devida superior abstêm-se de repreender os outros, por causa de alguns vínculos de poder ou de desejo, e não em virtude dos ofícios da caridade: não me parece, assim, que estas coisas sejam sem importância, pois também os bons são flagelados juntamente com os maus.* Logo, a correção fraterna não está no preceito.

**Arg. 11.** Além do mais, quem transgride um preceito, peca mortalmente, mesmo que não o faça diretamente contra a caridade; como diz Bernardo (*Da Dignidade do Amor Divino*, cap. VI), afirmando que, mesmo quando Pedro negou a Cristo, a caridade não foi extinta. Logo, se a correção fraterna estivesse no preceito, aquele que a omitisse, pecaria mortalmente, mesmo que não o fizesse por desprezo, agindo quase imediatamente contra o preceito.

**Arg. 12.** Além do mais, todos os preceitos da lei divina se reduzem aos preceitos do Decálogo. Ora, a correção fraterna não se subordina a algum preceito do Decálogo, como se evidencia para aquele que considera cada um deles. Logo, a correção fraterna não se subordina ao preceito.

**Arg. 13.** Além do mais, aquelas coisas que se subordinam aos preceitos divinos são eficazes para a consecução de um fim. Ora, uma advertência fraterna não é suficiente para a correção de alguém, nem um sermão de advertência é eficaz para isto, como diz o Filósofo no livro X da *Ética* (último capítulo), e como está exposto em *Ecle. VII, 14: Considera os trabalhos de Deus, porque ninguém pode corrigir aquele que ele tenha desprezado.* Logo, a correção fraterna não está no preceito.

**Arg. 14.** Além do mais, ninguém se deve intrometer no que não faça parte do seu arbítrio. Ora, se o homem pecou contra Deus, não faz parte do nosso arbítrio, como diz Jerônimo sobre Mateus. Logo, em tais circunstâncias o homem não deve intrometer-se, e, assim, corrigir um irmão não está geralmente subordinado ao preceito.

**Arg. 15.** Além do mais, ninguém se escusa da observância ao preceito, por razão de pecado. Ora, um pecador não deve corrigir o outro, pois diz Isidoro, no livro *Do Maior Bem*, Livro III (cap. XXXII), que não deve corrigir os vícios

dos outros aquele que esteja sujeito a vícios. Logo, a advertência fraterna não se subordina ao preceito.

**Arg. 16.** Além do mais, ninguém traz para si a condenação por observância de preceito divino. Ora, alguns trazem para si a condenação, corrigindo os outros, segundo *Rm II, 1: Naquilo que julgas os outros, condenas a ti mesmo*. Logo, a correção fraterna não está no preceito.

**Arg. 17.** Além do mais, ninguém deve tomar para si o que não diz respeito ao seu dever, segundo *II Cor X, 13: Quanto a não nos gloriamos além da justa medida, nos serviremos como justa medida, da regra mesma que Deus nos assinalou*. Ora, corrigir os delinqüentes parece ser dever de um superior: porque também no corpo humano os membros superiores movem os inferiores e, no universo, os corpos superiores movem os inferiores. Logo, outros, que não os escolhidos, não são obrigados à correção fraterna.

**Arg. 18.** Além do mais, aquilo que devemos dedicar ao próximo, por dever de caridade, deve ser dedicado a todos. Ora, a correção não deve ser destinada a todos: pois é dito, em *1 Tim V, 1: Não repreendas o mais velho*, onde diz a Glosa (ordin): *a fim de que ele, permitindo-se ser reprimido por alguém mais jovem, não se exaspere*; donde, também, Dioniso repreender o monge Demófito, por este ter corrigido um sacerdote. Logo, a correção fraterna não se subordina ao dever de caridade.

**Arg. 19.** Além do mais, os preceitos divinos se ordenam para a caridade e a paz, segundo *Tim 1, 5: O fim do preceito é a caridade*. Ora, pela correção fraterna freqüentemente se perturba a caridade e a paz, segundo Terêncio: *A verdade gera o ódio*. Logo, a correção fraterna não existe no preceito.

**Mas contra 1.** Está o que diz Agostinho, no livro *Sobre a palavra do Senhor* (sermão 16): Se negligencias na correção, tornaste-te pior do que aquele que pecou. Ora, aquele que pecou o faz contra o preceito. Logo, aquele que não cuida de corrigir o faz contra o preceito e, desse modo, a correção fraterna se subordina ao preceito.

**Mas contra 2.** Além do mais, em *Mt 18, 15* lê-se: *Se o teu irmão pecar, vai corrigi-lo a sós*; e a Glosa diz: peca do mesmo modo quem vê que seu irmão peca e se cala, como favorecendo ao pecado. Ora, aquele que tendo pecado não for corrigido, age contra o preceito. Logo, aquele que não corrige, age contra o preceito.

**Mas contra 3.** Além do mais, no cumprimento do preceito de caridade nós devemos nos conformarmos a Deus, segundo o que se diz em *Ef V, 1: Tornai-vos, pois, imitadores de Deus, como filhos amados*. Ora, se diz em *Pr III, 12: Porque Iaweh repreende os que ele ama*. Logo, do mesmo modo como devemos observar com diligência o preceito do Senhor, parece, também, que devemos corrigir o irmão a partir do preceito.

**Mas contra 4.** Além do mais, diz-se em *Eclo 17, 12: deu a cada um mandamentos para com o próximo, para que tenham cuidado*. Logo, o homem cai sob o preceito quando põe o devido cuidado para a salvação do próximo, corrigindo-o.

**Conclusão.** Respondo dizendo que a correção fraterna subordina-se ao preceito.

A razão disso é que somos obrigados pelo preceito ao amor ao próximo. O amor, contudo, inclui em si que o homem deseja o bem para aquele que ama; amar alguém, pois, é isto desejar-lhe o bem, como diz o Filósofo, na *Metafísica II* (no livro da *Retórica*, cap. IX). E porque o estar isento do mal tem a razão do bem, como se diz no livro V da *Ética*, disso resulta que a essa razão pertence a do amor, de modo que também desejamos que as coisas más não se encontrem naqueles que amamos.

A vontade, contudo, não é eficaz, nem verdadeira, se não se comprovar com a ação; donde também pertence à razão do amor que levemos as coisas boas aos amigos e que afastemos deles as más, como se diz no livro IX da *Ética* (cap. 1). E em *1 Jo III, 18*, diz-se: *Não amemos com a palavra nem com a língua, mas com a ação e a verdade*.

Tríplice, porém, é o bem dos homens e tríplice o mal que a ele se opõe.

Há, pois, um bem do homem que consiste nas coisas exteriores, que é o mínimo bem; e por esse bem o homem é obrigado a socorrer o próximo pela distribuição da esmola corporal. Diz-se, pois, em *1 Jo III, 17: Aquele que possuir os bens deste mundo e vir seu irmão sofrer necessidade, mas lhe fechar seu coração: como permanece nele a caridade de Deus?* E, do mesmo modo, o homem é obrigado a levar auxílio ao próximo contra as perdas dos bens temporais. Donde se recomenda em *Deut XXII, 1: Não verás o boi e ovelha de teu irmão errantes e te desviarás, mas reconduzê-los-ás a teu irmão*.

Um segundo bem do homem é o bem do corpo, pelo qual deve também o homem auxiliar seu próximo e levar-lhe auxílio, contra um mal contrário. Diz-se, pois, em *Pr XXIV, 11: Livra os que são conduzidos à morte e os que são arrastados para a destruição, não cesses de libertá-los*.

O terceiro bem, porém, é o bem da virtude, que consiste no bem da alma, ao qual se contrapõe o mal do pecado.

Para conseguir esse bem, contudo, ou para evitar o mal, tanto mais é obrigado o homem pela caridade a levar o auxílio ao próximo, quanto mais pertence à razão o porquê de alguém ser amado pela caridade. Donde, também, o Filósofo diz, no livro IX da *Ética* (cap. III), que tanto mais deve o homem levar o auxílio ao amigo, mais para evitar os pecados do que para evitar a perda de dinheiro, quanto mais próxima está a virtude da amizade. E, por isso, o homem é obrigado pelo preceito do amor a auxiliar o próximo a seguir a virtude, dando-lhe conselho e ajuda para agir bem, como se diz em *Is XXXV*, 3-4: *Confortai as mãos enfraquecidas e fortalecei os joelhos vacilantes, dizei: confortai-vos, pusilânimes, e não temais*. E, por causa disso, pelo preceito do amor, o homem é obrigado a afastar do pecado o irmão que está no pecado, corrigindo-o, como se diz em *1 Tes V*, 14: *Corrigi os inquietos e confortai os enfraquecidos*. Foi desse modo que o Senhor ordenou, em *Mt XVIII*, 15: *Se teu irmão pecar contra ti, corrige-o*.

Assim, pois, a correção fraterna subordina-se ao preceito. Mas deve-se notar que as ações virtuosas são prescritas pelos preceitos afirmativos; as ações viciosas, contudo, são proibidas pelos preceitos negativos. Aquilo que é, pois, segundo sua natureza, vicioso e pecaminoso, é de qualquer modo mau, porque se aproxima de defeitos singulares, como diz Dionísio, no cap. IV de *Sobre os nomes divinos*. Por isso, aquilo que é proibido pelo preceito negativo não deve ser feito de modo algum por ninguém. Mas pelo preceito afirmativo prescreve-se a ação de virtude, para cuja retidão muitas circunstâncias concorrem, porque o bem surge de uma única e completa causa, como diz Dionísio, no cap. IV de *Sobre os nomes divinos*.

Donde, aquilo que se subordina ao preceito afirmativo não deve ser observado todo o tempo e de qualquer modo, mas desde que conservadas determinadas condições de pessoas, locais, causas e ocasiões; assim como a honra aos pais não deve ser exibida em qualquer tempo ou lugar, ou de qualquer modo, mas desde que observadas determinadas condições; assim, também, a correção fraterna subordina-se ao preceito, segundo determinadas condições, segundo a natureza da ação virtuosa.

Entretanto, não é possível determinar essas circunstâncias pela palavra, e por isso seu julgamento consiste em particularidades; e isso diz respeito à prudência, aquela virtude adquirida com a experiência e com o tempo, aquela que se derrama sobre nós, como se diz em *1 Jo XXI*, 27: *A unção vos ensinará acerca de tudo*.

**Ao primeiro**, respondo, pois, dizendo que, entre outras condições que são requeridas para a ação virtuosa, esta parece ser precípua: que a ação virtuosa seja proporcional ao fim ao qual a virtude tende. A caridade, porém, tende à correção, corrigindo o delinqüente: donde, a ação não seria virtuosa, se o homem fosse assim corrigido e, a partir disso, se tornasse pior: por isso diz o Sábio: *Não desejes argüir o escarnecedor*. Não se deve, pois, temer, como diz a Glosa (ordin. ibid.), que o escarnecedor, quando argüido, dirija-te afrontas; porém deve-se cuidar para que isso não conduza ao ódio, para que daí não se torne pior.

**Ao segundo**, respondo dizendo que é dúplice a correção do delinqüente: uma, pois, pela simples advertência; e esta é a correção fraterna, que não tem lugar a não ser junto àqueles sobre os quais presume se que, por vontade própria, consintam na advertência; a outra, na verdade, é a correção que possui força coativa pela aplicação de penas, como diz o Filósofo, no livro X da *Ética* (último capítulo); e tal correção diz respeito aos prelados que também devem se dedicar a libertar do perigo do pecado aqueles que o desprezam, assim como o médico dedica-se a curar o insensato, prendendo-o e açoitando-o.

**Ao terceiro**, respondo dizendo que o preceito divino não deve ser omitido por causa do escândalo do outro; pois, a própria correção fraterna não está subordinada ao preceito divino, a não ser quando é corretora de um irmão; para qual se requer que ela ocorra sem o escândalo dele, pela razão já dita no corpo deste artigo.

**Ao quarto**, respondo dizendo que, assim como já foi dito, os males devem ser evitados de todos os modos; e, por isso, de modo algum se deve fazer o mal, para que dele provenha algum bem. Mas as coisas boas não devem ser feitas de todos os modos; e, por isso, algumas vezes, algumas coisas boas devem ser suspensas, para que se evitem alguns grandes males. Assim, pois, a correção do próximo não implica simplesmente o bem, a não ser que se considerem determinadas condições, como foi dito no corpo do artigo.

**Ao quinto**, respondo dizendo que as coisas naturais são pressupostas pelas morais; por isso a infusão da alma, que é um certo bem natural, não foi omitida por Deus para evitar a defecção da culpa; assim como nem o homem deve se privar do sustentamento da vida para evitar o pecado. Mas, algum bem moral deve, algumas vezes, ser omitido para evitar um mal moral mais grave.



**Ao sexto**, respondo dizendo que, como diz Agostinho, no livro *Sobre as palavras do Senhor: os encarregados das Igrejas, que nelas foram constituídos, têm pena muito mais grave, para que não perdoem os pecados castigando-os; porque pertence a eles não só a correção caritativa, mas também a contínua*. A estes o Senhor falou pelo Profeta, dizendo: *Filho do homem, dei-te o explorador da casa de Israel*.

**Ao sétimo**, respondo dizendo que o juiz, ao punir, pretende principalmente o bem comum, que apresenta à multidão pela punição do delinqüente; assim, mesmo que ele não se corrija, segundo *Pr XIX, 25: Uma vez flagelado o zombador, o tolo será mais sábio*. Ora, o fim da correção fraterna é a correção daquele que é corrigido; o que significa que isso não é semelhante a ela.

**Ao oitavo**, respondo dizendo que, como já se disse no corpo deste artigo, a correção fraterna subordina-se ao preceito, uma vez conservadas as devidas condições de pessoas, locais e ocasiões, e, da mesma forma, a esmola corporal. Os benefícios, porém, espirituais ou corporais, devem ser dedicados ao próximo com certa ordem; para que, primeiro sejam dedicados àqueles que estão mais próximos de nós; e, se a sorte nos acolher, para que possamos acudi-los; como diz Agostinho no *Enquiridion* (livro I de *Sobre a doutrina cristã*, cap. XXVIII): além do mais, deve-se dar aos outros o que a oportunidade torna possível. E, desse modo, torna-se evidente que o preceito sobre a correção fraterna não obriga ao impossível, assim como o preceito sobre a doação das esmolas corporais.

**Ao nono**, respondo dizendo que, como diz Agostinho no livro *Sobre as palavras do Senhor* (serm. XVI): *Nosso Senhor nos adverte para não negligenciarmos sucessivamente nossos pecados; não buscando o que repreender, mas vendo o que corrigir*. Donde, pelo preceito da correção fraterna, não estamos obrigados a inquirir os pecados alheios, para que possamos corrigi-los, pois, de outro modo, seríamos transformados em exploradores da vida alheia, contrariamente àquilo que é dito em *Pr XXIV, 15: Não busques a impiedade na casa do justo, nem perturbes o descanso dele*. Nem se assemelha a isso a razão sobre o débito corporal, porque isso é algo determinado, que é devido a certa pessoa e em certo tempo; o que não diz respeito à correção fraterna, como se disse, no corpo deste artigo.

**Ao décimo**, respondo dizendo que alguém pode omitir a correção fraterna de três maneiras. Um modo, pois, sem todo o pecado; porque, como diz Agostinho, no livro I da obra *A cidade de Deus* (cap. IX): *se, por causa disso, alguém poupa da censura e da correção aqueles que agem mal, porque procura um tempo*

*oportuno para fazê-lo, ou porque receia que se tornem piores por eles próprios a partir disso, ou que, instruindo outros fracos, desviem-nos para a boa vida e para o sofrimento, não só oprimindo-os, como também afastando-os da fé; isso não parece ser ocasião de cupidez, mas conselho de caridade.* Outro modo, pois, quando, por exemplo, agrada a palavra lisonjeira e o tempo humano, e teme-se não só o julgamento do vulgo como também a tortura ou o assassinio da carne: se, de fato, essas coisas são consideradas no espírito, de modo a se colocarem à frente da caridade do irmão, isso constitui um pecado mortal. Um terceiro modo, pois, quando a omissão pode existir com o pecado venial; por exemplo, visto que essas coisas movessem o espírito, não de fato para se colocarem à frente da caridade do próximo, mas, para que os negligentes sejam devolvidos à consideração das circunstâncias e das oportunidades em que são obrigados a corrigir.

**Ao décimo primeiro,** respondo dizendo que qualquer que peque mortalmente, peca imediatamente contra a caridade, porque faz o que é contrário a ela. Ora, propriamente falando, nem sempre se peca diretamente contra a caridade; senão quando se pretende agir contra a caridade, como aqueles que pecam por malícia.

**Ao décimo segundo,** respondo dizendo que as doações de benefícios a todo próximo são reduzidas ao preceito acerca da honra dos pais: assinala-se, pois, algo acerca sobre a honra dos pais, porque isso se subordina à razão de qualquer coisa; mas não tanto sobre outros benefícios.

**Ao décimo terceiro,** respondo dizendo que o sermão de advertência não é suficiente, como diz o Filósofo (livro X da *Ética*, cap. IV), para os que são duros e servis de espírito; e são estes que, pela advertência, tornam-se piores; são estes que devem ser contidos pela correção coativa dos prelados, que também não é suficiente sem o auxílio divino.

**Ao décimo quarto,** respondo dizendo que os pecados contra Deus não fazem parte de nosso arbítrio para admitir, mas fazem parte de nosso arbítrio para argüir.

**Ao décimo quinto,** respondo dizendo que o homem, em razão de seu pecado, não é absolvido pelo dever da correção; mas torna-se indigno para corrigir o outro aquele que não corrige a si mesmo. Todavia, não está perdido; porque deve abandonar os pecados e assim corrigi-los, segundo *Mt VII, 5: Retira primeiro a trave de teu olho e então verás sair a trave do olho de teu irmão.*

**Ao décimo sexto**, respondo dizendo que sempre que alguém que se encontre em estado de pecado corrige o outro, de certo modo, ele condena a si mesmo, isto é, pronuncia sua condenação; mas nem sempre aumenta a condenação para si, por exemplo, quando está em pecado menor e argúi sobre um maior, ou quando está escondido e argúi em público, e quando argúi simultaneamente a si e ao outro, não ignorando a si mesmo, mas, ao mesmo tempo, repreendendo-se: pois diz Gregório, no livro V de *Os livros dos costumes* (cap. XXXIII), que, assim como o homem deve amar o próximo como a si mesmo, do mesmo modo está obrigado a corrigir os pecados alheios e a encolerizar-se contra eles, assim como contra os seus. Se, de fato, argúi com soberba, como não reconhecendo seus pecados, então adquire a condenação para si; donde se diz em *Mt VII, 3*: *Por que vês a palha no olho de teu irmão e não a que está no teu?* Assim, pois, quando pela correção segue-se um escândalo em virtude da manifestação de seu pecado, a correção também não será um ato virtuoso.

**Ao décimo sétimo**, respondo dizendo que a correção coativa é um ofício dos superiores, mas a correção caritativa é um ofício de todos.

**Ao décimo oitavo**, respondo dizendo que, como os superiores nos são próximos, devemos corrigi-los, mas com humildade e reverência, não com atrevimento, para que não se irrite, e por isso diz o Apóstolo, no mesmo lugar: *Pede a alguém mais velho como a um pai*. E, por causa disso, repreende-se o monge Demófilo, que corrigiu um sacerdote que pecava, com palavras e ações injuriosas, castigando-o e expulsando-o da igreja.

**Ao décimo nono**, respondo dizendo que se a correção ocorrer segundo devidas circunstâncias, não se seguirá daí qualquer perturbação, mas um estabelecimento mais poderoso da paz, uma vez removidas as causas das discórdias.